

bi : Θ ia fermentantis massæ reactiva sunt *acidum & oleosum*,
 hypostatica cujusvis Θ is principia: Utriusque magneticus motus
 est & summa propensio sese invicem ligandi & in neutrum Θ fi-
 xandi, quod nõ fit sine collisivo motu. Illud suppeditat *Lien*; hoc
 si verum autumo in re abstrusâ, *capsula atrabilaria*. Lienis a-
 cor antiquitati innotuit sub nomine melancholiæ, erranti tamen,
 quod pro excrementitio habuit, quem ceu utilissimum cum san-
 guine arterioso confundi constat. Ejusdem acoris hujus ævi asser-
 tores sunt *Helmontius, Valæus, Willisius, Bartholinus* aliique sensus
 convicti testimonio, quos inter acidi Lienosi energiam in san-
 guine cavam, cor & pulmones subeunte pro celebranda sangui-
 nis fermentatione adhuc conservari, autor est solertissimus *Mal-
 pigbius de Liene*. Capsularum atrabiliarum Θ sum humorem
 suspicor cum insigni *Kerckringio in proem. Spicileg. Anatom.*
 (cujus sententia non absurda videtur *Excell. Ammanno in Para-
 nesi ad discent. p. 112.*) ex egredientis ex his sanguinis notabili al-
 teratione, alia ut jam præteream. Uterque immediatè com-
 municatur sanguini, quocum quivis pro suâ confligit indole :
 Acidus cum arterioso, ne nimis rarefiat, per cœliacæ ramum sple-
 ni advecto; Θ sum, elasticus cum venoso, ut rarefiat & ne nimis
 crassescat. Utriusque autem in hepate concursus non potest
 non esse collisivus, qui enim adversariâ particularum turmâ in-
 structi dimicant inter se, motu primum leni ob aliarû intertextum
 particularum, mox fortiori in pulmonibus. Ab alluente enim Δ eo
 Θ e agitati & dissoluti, acquisitâ sic summâ activitatis spherâ,
 intensiorem ineunt pugnam, pugilum adinstar contrariâ di-
 gladiantium acie, unde vitalis fermentatio, venosi cruoris in
 floridissimum & sumè volatilem sanguinem mutatio, fermentorû
 quorumvis peculiarium sub Θ ium diversâ formâ militantium
 reparatio, heterogeneorum præcipitatio aliq; emanant effectus.
 Hâc autem discordiâ, agitante cum primis totam intus molem
 u, per universos arteriarum tubos rebellant inter se ac pu-
 gnant, donec post saturiorem reformationem orbi motore
 ac humidis interspersis partibus reduces per venas arctius se
 mutuo implicantes, adhæreant sibi invicem, & in glandulosis
 hepa-